

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

de illis in hisce locis periit, antequam de remedio aliquo contra hunc morbum aliquid experimentale inveniretur: adeo enim ora illorum corrupta et putrefacta sunt, ut prae fame mori debuerint. Physici hanc causam in nimiam siccitatem et calorem praeteriti temporis coniecerunt, quod pro illorum explicatione et discursu verum esse creditum fuit.

(Abrechnung mit den Aufständischen.)

### 1617.

Primiz in  
Garsten.

1. Ian. R. admodum religiosus doctissimusque F. *Iohannes Nicolaus Prudentius*, prof. Garstensis, suas primitias Domino Deo cum singulari devotione et pietate obtulit. In his ampl. DD. praelati, D. Rmus. abbas *Cremifanensis Antonius*, D. Rmus. abbas *Gottwicensis Georgius*, D. Rmus. abbas *Ghunicensis Valentinus*, D. Rmus. praepositus *Florianus Leopoldus* multique alii viri clarissimi honoris causa praesentes interfuere.

Steyr.

*Styrae* eodem die D. P. *Dominicus* Capucinus concionem habuit, qui suis auditoribus fasciculum feni obtulit, quem in fine concionis dissolvit et de suggesto proiecit. Rustici porro hunc cum magna concertatione et strepitu collegerunt et ut sacras reliquias secum domum deportarunt.

Burggraf.

2. Ian. Rmi. DD. abbates ab ill. D. Burgraffio ad prandium vocati apud eundem comparuerunt; quae autem inter prandendum pertractarunt, apud ipsos solos permansere.

Garsten.

4. Ian. *Christophorus Riedlbaur*, civitatis balneator, olim autem officialis *Garstensis*, graviter decubuit. Quia ergo sectae Lutheri addictus fuerat, in qua DD. conventuales eum perire nollent, unde D. Prior cum D. F. *Prudentio* ad eum accessit plenus spe, si forte moriturus esset, prius eum ad catholicam fidem reducendi. At hoc tempore nihil cum eo effectum est, brevi deinde pristinae sanitati restitutus in antiqua sua secta immobilis perstitit.

Steyr.

Rmus. abbas *Gottwicensis* una cum Rmo. Garstensi post meridiem D. parochum partim singularis benevolentiae ergo, partim etiam propter resignationem suorum beneficiorum fratrueli suo *Ioanni Widerspergero* visitarunt. At post illorum paternam insinuationem res a D. parochi tam diu dilata est, ut nullum effectum habuerit.

Weyr.

7. Ian. Rmus. *Garstensis* ad suum oppidum in *Weyr* ad electionem novi iudicis oppidani abiit, cum eodem simul